BRUNO DE SEGNI

Oberitalien, 1. Hälfte 14. Jh.

Seite 69v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8454
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



LE

cristus et puteus factus est necessitudinem etiam et humilem debere esse significat. Talium et enim est non erecta cervice sed capite simili inclinato incedere. Vnde autem nupto multis locis decurrere fiat sanguinem sup crepidinem altaris. quia scis homo et deo devotus iam non celat et claudit peccatis suum sed effundit et foras emittit. Et quia eidem sanguinis equus non effusi et a se separati non oblivisci aut circa sui cordis altare decurrere sanguinem fiat et qui turtur et columba pro peccatis suis gemere semp flere et dolere non cessat. Sic enim psalmista circa sui cordis altare sanguinem suum decurrere facebat cum diceret. Ymo iniquitatem meam ego agnosco et delictum meum coram me est semp. Quod autem sanguis peccatum significet tam usitatum est ut exemplis non indigeat. Sequitur.

Vessiculam uero gutturis et plumas proiiciet prope altare ad orientalem plagam in loco in quo cineres effundi solent. Quid enim p uessiculam gutturis nisi uentris ingluviem. Quid uero p plumas nisi mox leuitatem elationem et uanis instabilitatem? Hec autem omnia proicere et a se repellere omnis est. Sed ubi proicere? Prope altare. Altare enim cor est sicut iam sepe dictum est. Quod autem a corde separatur et oblivioni quidem datur. Merito igitur prope altare ista proiiciuntur ut cor homo immemor ad ea ulterius non reuertatur. Vnde etiam ad orientalem plagam proiiciuntur ut p rentor cum aplo obliuiscentes ad ea que ante sunt nos extendamus. Semp enim ab ortu ad occasum tendimus. Nuccuq igitur ad occasum nobiscum non ducimus ea ad orientalem plagam proiicientes post dorsum relinquimus? Occasus finis uite est. Quod autem in loco in quo cineres effundi solent tale est ac si diceret. Ibi uentris ingluvies iamitas et leuitas mox proiiciunt ubi superflua omnia et minuta proiici solent. et siquidem ista quoq superflua et minuta sunt.

Confringesq ascellas eius et non secabit nec ferro diuidet ea. Ascellas enim turturis et colubem confringe ubi ne castitas et paciencia a nobis auolando separi queat. Attende diligenter quod dicitur. Turtur et colubba factus es noli uolare noli uagus et instabilis esse. frange ascellas quia necesse sunt. sed noli secare quia naturales sunt. Deus enim non uolas uolandi tam nam non amicus. Deus non peccas peccandi tam potentia habes. ideoq diciat nec ferro diuidet ea. Quod enim ferro diuidit penitus a corpore separatur. Sanguinis igitur ascelle et non diuidunt quia sicut et si peccandi potentiam habent pro deo tam peccare desistunt. Secdm illud. Qui potuit transgredi et non est transgressus facere malum et non fecit. Sequitur.

Et adolebit super altare lignis igne supposito. holocaustum est et oblatio suauissimi odoris domino. Ignis enim iste feruor caritatis. Hic est ille ignis de quo dominus ait Ignem ueni et mittere in terram. Ar uero bonus animus sincerus affectus sanus intellectus spiritus contribulatus Ligna sunt que hec igne succendunturSed ubi? Super altare cordis utiq altare. Illud enim cor in quo hec ligna composita fuerunt et hec igne succensum exarserit. holocaustum est et oblatio suauissimi odoris domino. Et maxime quidem si sacerdos turturem et columbam et ceteraque superius dicta sunt docendo predicando et admonendo desup ordinauit. Tale enim altare semp arder. sed tunc precipue cum sacerdotis uoce et spiritu inflamatur. Vnde p propheam dominus dicit Ego inquit creaui fabrum et sufflantem in igne prunas. Sequitur iterum de eo sacrificio quod in memoria xpi passionis sancta ecclia ubiq sacrificat. Idcoq et de simila fit et memoriale appellatur.

Numa cum obtulerit oblationem sacrificii domino simila erit eius oblatio. fundetq super eam oleum et thus ac deferet ad filios aaron sacerdotis. Unum uero ex eis tollet pugillum plenum simile et olei ac totum thus et ponet memoriale super altare in odorem suauissimum domino. Hec autem simila de illo frumento facta est de quo saluator ait Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit ipsum solum manet. Que quidem uideor molis contrita de quibus dicitur et molas leonum confringet dominus. congrue xpi significat passionem. Hanc autem anima offert aliquis homo bonus et spiritualis et qui magis animae q corporis sequitur uoluntates. quando corde contrito et spiritu contribulato xpi passionis recordatur. fundit autem oleum desup xpi pietatem et miam admirans qui dum quasi frumentum ab impiis moleretur. dum a uideis cruci affigeretur oleum tamen pietatis et mansuetudinis effundens a mia non cessabat. Dum enim seruo malchi aurem sanabat cum patre ut uideis ignosceret orabat. sione tue mise et